



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm
Collectio Regia**

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

Tituli Canonvm Concilii Tvronensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

ALEXANDER TURONENSE. FRIDERICVS I. IMP.
P. III. LUDOVICVS VII. R. FR. 363

ANNO CHRISTI
1163.

nos autem, Domino miserante, soluimus, qui confitemur nos non artificio ciuali, sed re ipsa interueniente naturaliter obligatos. Vtinam, bone Iesu, detur & mihi tecum pro spiritualibus tuis temporalia mea commutare! Vtinam sanguinem meum tibi pro tuo recipere placeat in solutum! Vel quia crediti & debiti sanguinis, scilicet tui & mei, inuicem aestimatio non concurrit, saltem benignissima acceptilatione liberatus absoluar, qua scilicet consueuisti iustitiam accepto ferre sine operibus, & præmia sine meritis, pro gratia scilicet bonæ actionis gratiam retributionis inferre.

TITULI
CANONVM CONCILII
TVRONENSIS.

- | | |
|---|---|
| I. <i>Vt prebenda qualibet non recipiant sectiones.</i> | VI. <i>Vt clericci auaritiam fugiant.</i> |
| II. <i>Clericis usure prohibentur.</i> | VII. <i>Vt decani vel archipresbyteri ad causas ecclesiasticas terminandas ab episcopis non consti-</i> |
| III. <i>Vt laici ecclesiastica non usurpent.</i> | <i>tuantur.</i> |
| IV. <i>Vt cuncti Albigensium hereticorum consortium fugiant.</i> | VIII. <i>Vt religiosi secularia studia vivent.</i> |
| V. <i>Vt sacerdotes annuo precio ad regendas ecclesias non conducantur.</i> | IX. <i>Inualidas esse hereticorum ordinationes.</i> |

PRAEFATIO.

ANNO igitur incarnationis dominice MCLXIII. in dictione undecima, anno quarto sui pontificatus, quarto Kalendas Iunii, saepe dictus Alexander papa in ecclesia sancti * Mauritii Turonis Concilium celebravit, in quo interfuerunt secum cardinales numero 17. episcopi 124. abbates 414. & aliorum, tam clericorum, quam laicorum maxima multitudo. In quo nimis apostolica constituta sunt roborata, & haec noua promulgata capitula.

CANONES.

I.

Maioribus ecclesiæ beneficiis in sua integritate manentibus, indecorum nimis * videtur, vt * mi-
* esse vi-
decus,
* iunio-
rit,
Concil. Tom. 27.

Zz ij